



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exetasis Testimoniorvm, Qvae Martinus Bucerus ex
Sanctis Patribus, non sanctè edidit**

Gardiner, Stephen

Lovanii, 1554

Idem de bono viduitatis, Cap. 11.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29410

Liberum arbitriū, in cā
piēdo donū
cālibatus.

quia vtique ipse ab omni concubitu continebat, & continuo subiunxit: sed unusquisque proprium donum habet à Deo, alius sic, aliis autē sic: Nunquid tam multa quæ præcipiuntur in lege Dei, ne fornicationes & adulteria committantur, indicant aliud quām liberum arbitrium? Neque enim præciperentur, nisi homo haberet propriam voluntatem, quā diuinis præceptis obediret, & tamen Dei donum est, sine quo seruari castitatis præcepta non possunt. Vnde ait ille in libro sapientiæ: Cūm scirem quia nemo esse potest continens, nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum: Ut autem ista non seruentur castitatis sancta mandata, unusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus, vbi si dixerit: volo seruare, sed vincor à concupiscentia mea, respondit scriptura libero eius arbitrio, quod iā superius dixi: Noli vinci à malo, sed vince in bono malum: quod tamen ut fiat, adiuuat gratia, quæ nisi adiuuerit, nihil lex erit, nisi virtus peccati. Augetur enim concupiscentia, & maiores vires accipit lege prohibente, nisi adiuuet spiritus gratiæ: hæc Augustinus.

Idem de bono viduitatis, Cap. 11.

Nuptiæ non
licent hijs,
qui vroue -
runt.



EIGO

Vapropter non possum quidem dicere: proposito meliore lapsas, si nupserint, fœminas, adulteria esse, non coniugia: sed planè non dubitauerim dicere, lapsus & ruinas

& ruinas à castitate sanctiore , quæ vouetur Dœo,
adulteriis esse peiores . Si enim , quod nullo modo
dubitandum est , ad offensionem Christi pertinet ,
cùm membrum eius fidem non seruat marito :
quáto grauius offenditur , cùm illi ipsi non seruatur
fides in eo , quod exigit oblatum , qui non exegerat
offerendum ? Cùm enim quisque non reddit quod
non imperio compulsus , sed consilio commonitus
vouit : tanto magis fraudati voti auget iniquitatem ,
quanto minùs habuit vouendi necessitatem . Hæc
ideo dispergo , ne arbitreris vel secundas nuptias cri-
men esse , vel quascunque nuptias , cùm sint nu-
ptiæ , malum esse : Non itaque illas abs te damnatas
velis esse , sed spretas : Bonum ergo continentiaæ vi-
dualis luculentius decet , cùm pro illo vouendo &
profitendo possunt contemnere fœminæ , quod &
libet & licet . Sed post voti professionem , perseuer-
ranter frænandū et vincendum est , quod libet , quia
iam non licet .

Idem Cap. 16.

QVa in re priùs illud moneo , vt quantam-
cumque tibi inesse sentis piæ continentiaæ
dilectionem , beneficio Dei tribuas : eique
gratias agas , qui de spiritu suo tibi tantum lar-
gitus est , vt eius in corde tuo charitate diffusa , li-
cite rei licentiam tibi amor melioris boni *aufe-
rat : donauit enim , ne liberet nubere cùm liceret ,

K ii vtiam

Licitorum
vsum aufe-
rimus nobis
ipfis.
* auferret